



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118510

§. 55. Cleri appellatio ad Papam & Cæsarem contra eundem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

tiæ suæ consulere, quam iram Dei pro-
cul a se avertere possent: demum ex-
ponebant, quod inviti quidem ad hæc
extrema descendant, hæc tamen confi-
lia, si ipse in perverso hoc proposito
contumax persistere velit, arripere co-
gantur. Verum omnes eorum preces
& monita in irritum cecidere; unde illi
Capitulum, ac præcipuos ex Clero ad Ec-
clesiam Cathedralem die nona Octobris
congregare compellebantur.

Sæcul. XVI.
A.C. 1544.

§. LIV.

Cleri Coloniensis Conventus adversus Archiepiscopum.

Omnibus una congregatis cuncta, quæ Sleid. l.c.
hucusque viginti tribus abhinc an-
nis adversus hæresin gesserant, publice
prælegi jufferunt, ac præter alia præci-
pue Wormatiense edictum, quo Luthe-
rus ex consensu Cæsarlis, omniumque
Principum fuit damnatus, atque Impe-
rio proscriptus: postea recitabantur edi-
cta Augustæ, Ratisbonæ, ac novissime
Spiræ contra eundem hæresiarcham
promulgata.

§. LV.

Cleri appellatio ad Papam & Cæ- sarem contra eundem.

His omnibus neglegitis, prosequebantur
Clerici, Hermanus novam iniit ratio-
nem,

Sæcul. XVI. nem, atque evocavit Bucerum, hominem
A.C. 1544. Monasticæ professionis desertorem, & bis in-
 cestis nuptiis pollutum, & doctrinæ sacra-
 mentariae defensorem, eique munus Ecclesi-
 sticum demandavit, & novos instituit passim
 populi Doctores, homines profligatos, at-
 que perditos: illis etiam authoribus conscri-
 pta est reformationis formula, ex mandato
 Principis edita: reclamavimus quidem hi
 omnibus vehementer, & Archiepiscopum, ut
 Concilii tempus exspectaret, aut saltem ad
 Imperii Conventum usque differret, sæpe
 quidem, sed frustra tamen oravimus: cum
 autem sit lamentabilis Provinciæ status, &
 ad summam perturbationem omnia spédent,
 nec ille sese flecti patiatur, necessario con-
 sumimus ad extreum remedium, & provoca-
 mus ad Pontificem maximum, & ad Ca-
 rarem, Ecclesiæ Dei summum Advocatum &
 Protectorem, eorumque tutelæ nos nostra-
 que omnia committimus.

Hic erat exitus Coloniensis Con-
 ventus, cui Georgius Brunsicensis
 Henrici frater, utpote Cathedralis Ca-
 pituli Præpositus præerat.

§. LVI.

*Archiepiscopi responsum ad Capituli
 sui appellationem.*

Archiepiscopus comperta Capituli sui
 sententia edito libello hunc in mo-
 dum